

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. X. Caret afficaci proposito, qui non vult deserere occasionem proximam peccati; nisi fortè excuset grave damnum spirituale vel corporale, alioquin verè imminens, nec alio modo impedibile.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

per revelationem, quod in tota vita mea non poterо vitare, id est, non vitabo omnia peccata venialia, nisi ex speciali privilegio; eodem possum efficaciter, quantum est ex me, proponere, nunquam aliquid peccarum veniale committere; quia possum saltem physicе omnia vitare, & à mea voluntate penderet, quod non omnia vitentur, ita ut si facerem, quod possum facere, & diebo facere, nunquam venialiter peccarem.

positum efficaciter possit cum probabili, iusto moraliter certo iudicio de reincidentia omnibus consideratis.

Sufficit ergo ad efficaciam propostū, quod tamdiu quam durat, non admittat voluntatem peccandi, etiam si spectatā fragilitate humana, non possit homo semper, & pro omni occasione in proposto perfervere. Sed nūquid tale propostū habet, qui non vult deferre proximam occasionem peccati? Responso erit

### CONCLUSIO X.

Caret efficaci propostū, qui non vult deferre occasionem proximam peccati; nisi forte excusat grave damnum spirituale vel corporale, alioquin verē imminens, nec alio modo impeditabile.

**C**Oninck disp. 2. n. 130. Non videtur, inquit, requiri propostū ex se tam efficiat vitandi omnia venialia, sicut vitandi mortalitia. Quia non ita tenemur vitare omnes occasiones peccandi venialiter, sicut occasiones peccandi mortaliter. Quare non tam firmiter tenemur illud proponere, atque hoc.

247. Sententia Regii, non requiri propositū ex se tam efficiat vitandi omnia venialia, sicut vitandi mortalitia;

Ideas est de propostū adhibendi omnia media, quæ ad utramque vitationem judicantur aliquo modo necessaria. Teneor enim multo majorem operam dare, ut quarā media necessaria ad evitandā peccata mortalia, quam ad venialia. Hac ille.

Fatoe, sapissime homines relabuntur in eadem peccata venialia, quam relabentes in eadem mortalitia; quia hic relapsus sapientis est signum defectus necessarii propostū peccata impostorum vitandi; relapsus vero frequens in peccata venialia non tam facile est signum defectus talis propostū, ad eorum remissionem necessarii, cum hoc possit contingere ratione frequentium occasionum peccandi, quas non ita tenemur vitare in venialibus, atque in mortalibus; praesertim quando hoc cum notabilis incommodo fieret. Hucique Coninck.

Quæ doctrina non caret difficultate, ut bene advertit Ariaga disp. 38. n. 38. quia, non caret difficultate.

248. Ariaga.

inquit, sicut mortalis occasionem tenemur vitare sub mortali, ita ydemur obligari sub veniali ad virandas occasiones veniales. Infero ego; ergo siue non efficaciter proponit emendationem, qui non vult vitare occasionem proximam peccati mortalisi, nisi forte justa cœla

Et continuo infert: Unde sequitur, nos faciliter posse absolvire relabentes in eadem peccata venialia, quam relabentes in eadem mortalitia; quia hic relapsus sapientis est signum defectus necessarii propostū peccata impostorum vitandi; relapsus vero frequens in peccata venialia non tam facile est signum defectus talis propostū, ad eorum remissionem necessarii, cum hoc possit contingere ratione frequentium occasionum peccandi, quas non ita tenemur vitare in venialibus, atque in mortalibus; praesertim quando hoc cum notabilis incommodo fieret. Hucique Coninck.

Porro ad hoc, ut propostū aliquod de se sit efficax, & sufficiens ad Sacramentum penitentiae, non est necessarium, ut homo sibi persuadat, quod semper in tali propostū sit perseveraturus, ita ut nunquam sit habitus contrarius; si enim hoc effet necessarium, multi earerent non solum propostū efficaci non peccandi venialiter; sed etiam propostū efficaci non peccandi mortaliter, dum vix sibi possunt persuadere talem perseverantiam.

Unde communis sententia est, quod pro-

causa excusat; sic itidem non efficaciter proponit emendationem, qui non vult vitare occasionem proximam ejusdem peccati venialis, nisi justa causa excusat.

Differentia inter occasio-  
nem pio-  
xianam pec-  
cati mortali-  
lis, & veni-  
alis.  
Interim differentia aliqua est, quod sapientius occurrat justa causa non vitandi occasionem proximam peccati venialis, quam non vitandi occasionem proximam peccati mortalis; et quod occasio-nes peccatorum venialium frequentissimae sint, & maxima fragilitas hominis in committendis peccatis venialibus; adeoque moraliter impossibile, id est, non sine notabilis incommodo possibile, eas occasio-nes vitare. At vero occasio-nes peccatorum mortalium raro-tes sunt, & ideo facilius praæventur, neque tanta est fragilitas hominis in commitendis mortalibus.

249. Hæc ergo differentia supposita, Conclusio Probatur est communis DD. & probatio facillima, ut Script. Ec- puto: Qui amat periculum, in illo peribit Ecclesiast. 3. v. 27. id est, qui sine justa causa exponit se periculo proximo peccati, hoc ipso peccat illo peccato, cuius pericula se exponit, sed qui non vult deserere occasionem proximam peccati, ubi & quando comodi potest, exponit se periculo proximo peccati sine justa causa ergo hoc ipso peccat illo peccato, cuius occasio-nes proximam non vult deserere ergo non habet propositum efficax evitandi illud peccatum, ut sole meridiano clarius est.

Quæris à me, quæ sit occasio proxima, & quæ remota? Proxima ab Aliquis definitur, quæ talis est ex suo genere, ut frequenter homines similiis conditionis ad peccatum mortale inducat, vel experientia constat in hoc homine talis effectum habere. Remota, quæ talis non est ex suo genere, ut frequenter homines similiis conditionis ad peccatum mortale inducat, neque experientia constat, in hoc homine talis effectum habere. Cur autem illa appelletur proxima, & hæc remota; ratio videtur esse, quod inter illam & peccatum nihil videtur mediare, propter quamdam conjunctionem necessariam moraliter, quam videtur habere cum peccato; hæc autem non ita videtur conjuncta, sed remota, quatenus mediat major libertas hominis, per quam consequitur peccatum. Ita Lugo disp. 14. n. 149.

250. Secunda explicatio, qua videtur esse S. Gregorii de Pœnit. dist. 5. c. 7. in Evang. & refertur de Pœnit. dist. 5. c. 7. Negotium, inquit, quod ante conversionem sine peccato exsistit, hoc etiam post conversionem repetere culpa non fuit. Et infra: Sunt enim plerique negotia, que sine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus posseunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad bac necessi est, ut post conversionem animus non recurrat. Intelligit officium telonii, quod ge-

rebat Mattheus ante conversionem.

Adde, quod refertur eadem dist. c. 6. ex dñi Gregorio 7. in Synodo Romana celebrata An. 1078. c. 6. Falsas Pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem Sanctorum Patrum præ qualitate criminum imponuntur; ideoq; quantum males, vel negotiator, vel aliquid officio gelatus, quod sine peccato exerceri non posse, si culpi gravioribus retributum ad Pœnitentiam venire, vel qui bona alterius misere deueni, vel qui odium in corde gerit, recognoscit se vetam Pœnitentiam non posse trahere, per quam ad aeternam vitam valeat pervenire, nisi negotiorum derelinquat, vel officium deserat, vel odium ex corde dimittat, bona que inimico affectus restituat, arma deponeat, nisi consisto religioform Episcoporum pro defendenda iustitia.

Et cap. 2. eadem ex Leone Papa Epiph. 90. alijs 92. ad Rusticum Epiph. c. 9. sic scriptum habes: Pœnitenti utilius est etiam dispensatio, quam periculis negotiationis obstringi; quæ difficile est, inter ementis & vendentis commercium, non intervenire peccatum. Item cap. 1. contra trium est omnino Ecclesiasticis regius, post Pœnitentia actionem redire ad militiam secularum, cum Apostolus dicas: Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus. Vide non est libet a laqueis, qui se militie mundane voluerit implicare. Nihilominus certum est, per se loquendo neque negotiationem, neque militiam deferebant illi; et in ipsi pluribus occasione-nes peccatorum occurrant, & difficile sit aliquid non peccare, etiam graviter. Unde Ioannes Baptista interrogatus a milibus Luc. 3. v. 14. Quid faciemus & nos? Non at illis: Dñe recte militiam: sed: Nemini concubatis, neque calumniam faciatis, & contenti eoste spespedi vestris.

Et vero nimis manifestum est, non in omni negotiatione esse periculum proximum peccati; saltem mortalis; quamvis hic & nunc negotiator ex mala voluntate, turpis quantus gratia, peccent mortaliter; quod bene advertit Leo Papa Iupræ c. 92. Qualiter luci negotiantem, aut excusat, aut arguit; quia est honestus querens, & turpis. Unde non dicit: Pœnitenti necessarium est etiam dispensatio pati; sed inquit: Pœnitenti utilius est etiam dispensatio pati, quam periculis negotiationis obstringi. Ceterum fieri posset, ut talis effet negotiator, & talis inclinatio seu propensio negotiantis, v. g. ementis aut vendentis ad turpem qualitatem, ut, nisi alia causa excusat, non debet absolvi sine proposito negotiationem deferringi. Et idem contingere posset in militia.

Quantum ad jura allegata, loquuntur de illis, quibus ob justas causas, in Pœnitentia publica vel privata prohibitum erat, redire ad militiam aut negotiationem, ut notat Gios. in cap. Contrarium, verb. Ad militiam, ubi sic agit: Hoc est verum, cum est ei inimicorum &c. vel deliquerit in ipsa militia supra dist. 50. Si quis post....

nam cum hoc est ei inianctum nomine Pænitentia, ne ad secularia negotia unquam revertatur, tunc observe tenetur, alias excommunicatur infra eadem cap. De his. Sed si est ei inianctum sive privatam, sive solemnem egerit Pænitentiam, de cetero redire non potest ad secularia negotia; quia quasi persona Ecclesiastica est, ut supra dicit. 1. cap. Aliud, infra cap. De his, nisi sit negotium, quod sibi peccato expeditur infra cap. Negotium. Haec estus Glossa.

Igitur fieri potest, ut negotiatio & militia, quamvis de per se non sint occasiones proximas, quia cum gratia Dei ordinaria in iis officiis peccata omnia gravia evitari possunt, & à multis evitantur, licet non sine aliqua difficultate; tamen hic & nunc reflexu hujus vel illius persona moralem quandam habeant connexionem cum peccato mortali; quibus proinde vel Absoluto neganda est, vel deferenda negotiatio aut militia, nisi aliunde subfit rationabilis causa, de qua infra.

Unde non approbo, quod Aliqui docent quid Lugonem supra nu. 150. prudenter absolvit adolescentes, qui verfantur cum feminis laborando vel conversando, que in eadem domo non habitant, licet sapere ex tali occasione peccaverint mortaliter cogitatione, consentia, tactibus, vel copula; quia ea non conferunt occasio proxima, sed remota; neque enim ex tali occasione semper, aut ferè semper, solent homines peccare mortaliter, & aliunde ad tollendam illam occasionem oportet pænitentem in eremum abire, ut omni commercio cum feminis liberetur.

Hanc, inquam, doctrinam generaliter intellectam, non possum recipere; neque Lugo potest recipere secundum suam definitionem occasione proxime, superius relatum; quia experientia constare potest, in particulari adolescenti taliter conversationem frequenter taliter effectum habere, id est, moraliter certò inducere ad peccatum mortale, sive alii eiusdem conditionis soleant frequenter peccare, sive non.

Cur ergo illa conversatio, secundum definitionem Lugonis, non erit occasio proxima isti particulari adolescenti? Erit planè adēque, nisi forte excusat grave damnum corporale vel spirituale aliquin incurendum, tenetur deferere illam conversationem, si vult debitè absolvī; quomodo enim potest habere propositum efficax non peccandi, immo quomodo non vult peccare, qui illud vult, quod moraliter certò habet animum peccatum?

Nonne qui vult casum ex turri, censetur velle mortem corpoream, certò moraliter connexam? Nemo dubitat, nisi adit justa causa, quare censetur velle istum casum, &

non mortem moraliter certò connexam. Sufficit ergo ad occasionem proximam peccati, quod in tali homine moraliter certò habeat adjunctum peccatum, sive in aliis habeat tam effectum, sive non.

Si inferas; ergo peccato mortaliter, exercendo actionem, quam in me comittatur mortaliter semper pollutionem, quamvis in aliis hominibus non soleat habere talem effectum. Probat Consequentia; quia est occasio proxima.

Respondere possem cum Aliquis, concedendo totum; si absque ulla iusta causa humani modi actionem exerceas, quia censeri interpretative velle pollutionem, cum scias illum ordinariè connexam hujusmodi actionis; sicuti prævidens homicidium in ebrietate, censetur illud interpretative velle, & consequenter peccatum homicidii, tametsi in aliis hominibus ebrietatis non soleat illum effectum habere.

Alii respondent Neg. Conf. quia non est occasio proxima alicuius peccati; quia pollutione, qua oritur viâ naturali ex miseria corrupta natura, non est ex objecto suo mala, ac proinde illum velle, non est peccaminosum, falso mortaliter; jam autem in casu propenso pollutione oritur viâ naturali ex miseria corrupta natura, & non ex aliqua causa extinoteca per se influente, ut suppono.

Hinc non posse te inebriare sine peccato pollutionis, si scires, quod mortaliter certò pollutione tunc tibi eveniat ex propria, vel aliena cooperatione; tametsi aliis hominibus in ebrietate id non soleat evenire. Et idem est, si scires subesse periculum confessus.

Si rursum inferas; ergo non peccato mortaliter, videndo mulierem speciosam totam nudam, si per experientiam scio, me ex tali conspicuū nullatenus moveri ad libidinem; quamvis aliqui in aliis hominibus soleat habere talem effectum.

Respon. neg. Conseq. quia, saltem ex natura sua, talis affectus natus est in te causare talem libidinem, eti hie & nunc per accidentem non causet; & idem est de tactu partium inhomoeistarum: unde ex illa parte affectus iste (uti & ille tactus) est graviter illitus; quia qui vult causam per se, vult etiam effectum, eti hie & nunc per accidentem impetratur; & aliunde causa illi ratione effectus, qui natus est sequi, & regulariter sequitur, quasi objective mala est, & illicita etiam tunc, quando certò scitur effectus non secuturus.

Quod etiam cernitur in lege positiva, v. g. in clausura Monialium, que inducta est propter periculum incontinentia; quamvis enim in casu particulari certò moraliter constet de cetero continetia, equidem non cessat lex. Ergo similiter quando ex jure naturæ

Xxx actio

255.  
Objectio  
Solutio  
primo

256.  
Secunda  
foliatio

257.  
Alia objec  
tio  
Solutio  
secunda

530 Disput. 7. De Sacramento Pénitentie.

actio aliqua est illicita propter periculum libidinis, qua per se nata est consequi talem actionem, ita actio manet illicita, esto huc & nunc mortaliter certe constet de summa continentia.

258.

Cohabita-  
tio quæ uni-  
potest esse  
occasio pro-  
xima, aliter  
solum erit  
remota.

Ceterum agitur huc potissimum de aliquo actu, qui ex se non est peccaminosus, v. g. cohabitatione, vel conversatione mulieris cum viro, quamvis praebat occasionem ex mala voluntate, coabitantum peccandi, v. g. forniciandi; ut autem illa occasio sit proxima vel remota, attendi debet moralis conjunctio peccati hic & nunc, considerata qualitate personarum coabitantium aut converstantium, & aliis circumstantiis, unde cohabitatio aut conversatio, quæ uni potest esse occasio proxima, alteri solum erit remota, ut omnes fateri debent.

Ut autem Confessarius rectum ferat iudicium de illa morali conjunctione, multa opus est prudenter; sicut in aliis omnibus casibus, qui pendent ex circumstantiis rerum & personarum; neque certa omnino regula potest assignari.

259.

Cohabitan-  
tes possunt  
ab solvi, si  
accident  
cum extra-  
ordinario  
proposito.

præterim  
si sine in-  
commodo  
non possint  
separari, &  
sunt prima  
vices.

Hinc aliqui putant, simul cohabitantes, et si frequenter ex illa cohabitatione peccant, posse nibilominus ab solvi, si cum propenso extraordino, aut singulari dolore confiteantur; hac enim faciunt, ut illa cohabitatio jam non sit occasio proxima; quia tales homines jam fortiores sunt, quam antea, adeoque possimus sperare victoriam tentationum; præterim si non possint sine omnino incommode separari, & primæ vices sint, quibus accedunt cum tali dolore & propenso, v. g. si numquam velint esse solus cum sola, nec longos miscere sermones, aut leviter jocari &c.

Et dato, quod adhuc foret occasio proxima, si non possint separari sine gravi danno, forte possint absolviri, ut habet ultima pars Conclusionis, dummodo revera propontant amplius non peccare; tunc siquidem occasio illa non est omnino voluntaria, vel lentem enim separari, si commode possent; & aliunde videtur adesse sufficiens ratio, quare censeantur velle illam occasionem, & non peccatum mortale moraliter annexum; veluti qui, ut evadat incendium, saltat per fenestram, cum mortali periculo mortis, non censem intendere mortem, sed solam evasionem incendi.

Alioquin quid ficeret filius-familias, qui solet peccare cum ancilla, quam ipse non potest expellere; & a fortiori, si cum fratre vel sorore? Nonne ipsi praclusa est via obtinendi Absolutionem à peccatis, ed quod maneat invitus in illa occasione, dummodo adhibeat remedia, quæ commodè potest adhiberi?

Mulorum sententia est, posse ab solvi, quæ tamen inefficaciter probatur, ut recte Matrimonio adverterit Dicastillo disp. 6. n. 340. ex cap. Consultationi 4. & cap. Laudabilem 5. de Fugit. istud & maleficatus, ubi Lucius III. & Cœlestinus III. permittunt, duo habent simul qui invalidè contraxerat Matrimonium propter impotentiam coeundi; hi inquit, testus non sat probant; quia illa cohabitatio non semper est occasio proxima peccandi, ut perspicuum est in illis, qui mutuo contentu vovent castitatem, & tamen cohabitent siue frater & soror; porro cohabitacionem fratri cum labore, quis dixerit esse occasionem proximam peccandi?

Et sanè uterque Pontifer non solum permettit, sed manifestè supponit, licet fore tandem cohabitacionem absque alia iusta causa. Lucius III. cap. Consultationi ibi: Romana Eccl. confinxerit in confirmis iudicare, ut quæ tangam uxores habere non possunt, habeantur sorores. Cœlestinus III. cap. Laudabilem ibi: Quod si ambo confiant simul efe, in eum, eis non sit uxorem, saltem habent ut servem.

Deinde in illis iuribus nulla sit mentio infamie vel scandali, ut propter illud vel illum evitandam concederetur cohabitatio, quæ alii esset occasio proxima peccati. Patet insipienti.

Forte Aliqui probarent hanc sententiam exemplo Judith., & Esther; quarum laeta altera Holophernis nuptias licitas sibi fore existimavit, altera cum Allero nuptias suas contraxit, utraque absque spe conversionis alii viri, immo forte cum periculo peccati: ut de Judith fatur Ambrosius lib. 3. de Officiis cap. 13. ibi: Non expavit mortis periculum; sed nec pudoris, quod est gravius huius minister. Et infra: Honestaris sunt se male promisibus periclitari, ut omnes eximeret periculis. Idem potest dici de Esther.

Addit dictum Sancti Basili de Confirmationibus Monasticis cap. 4. Qui ingens digna sentit causâ & necessitate se periculo obicit, vel permittit se esse in illo, cum tamen alias molles, non tan dicunt amare periculum, quam invias illud subire; & ideo magis providebit Deus, ne in illo perirent. Sed haec verba non sunt Basili. Que ergo Etenim bellum, quod preter voluntatem nostram impedit, incidas nobis, excipere fortasse necessarium sit, ipsius vero aliquem sibi voluntarie creare, id vere summa stultitia est. Siquidem ignorari ei fortasse posset, qui in priore illo victus (nolum autem illa Chrifti Athletis evenire) at qui in posteriori sic superatus discedat, is, preterquam quod rem admodum ridiculam facit, non meretur eisam, cari sibi ignoratur. Quocirca fugienda in primis cum mulieribus nobis congesiones sunt, collectumq; neque ad eas umquam accedendum, nisi cangra-

vixima nos aliqua ad eas necessitas impellat, & aliter facere non possumus. Hucunque Basilius docens Monachos suos, quod nequam temere cum mulieribus congregari, & colloquia texere convenit; in quibus tamen colloquis ordinari non est periculum proximum peccati mortalis, de quo hic tractamus.

Similiter responderi potest ad exemplum Judith, & Esther; videlicet non fuisse periculum proximum gravioris peccati; & in dubio licet est, exponere periculo remoto pro bono communis, immo & pro bono privatis. Quidni etiam absque ulla necessitate, cum in humano confortio foret difficultimum ac moraliter impossibile, ab iis periculis discedere? Alioquin (ut dicebat Apostolus 1. Cor. 5. v. 10.) debueratis de hoc mundo exisse, adeo nempe familiaria sunt hac pericula in singulis facte hominum statibus, officiis & negotiis, et si inaequaliter.

Atque ut fuisse periculum proximum, forte id fecerunt ex speciali instinctu divino: sic quippe ait Judith Oziæ & Presbyteris: Sicut quod potius loqui, Dei esse cognoscitur, ita quod facere dispossisi, probate si ex Deo est, & orate, ut firmam facias Deus constitutum meum. Judith 8. v. 30. & 31. Et cap. 10. v. 4. legitur: Cui evan (cicilice Judith) Dominus contulit splendorem, quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Ex quo factum est, ut specialiter Dominus illam custodierit a peccato, ut ipsa fatetur cap. 13. v. 20. Vivit autem ipse Dominus, quoniam custodivit me Angelus eius, & hinc eum, & ibi commorantem, & inde nunc reverentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coquinari, sed sine pollutione peccati revocavit me vobis &c.

Quidquid sit de his exemplis, & alii similibus, que potius admiranda sunt, quam imitanda, ad summum probant, urgente extremâ necessitate, maximè boni communis, præsumi posse speciale adiutorium Dei, ut præsumebat Judith, teste Ambrolio supra in fine cap. ibi: Quanta honestatis auctoritas, ut Deus adiutorem præsumeret! quæ præsumptione sit; ut jam sit occasio remota, quæ alias fuisse proxima, id est, ut jam non sit moralis certitudo peccati, quæ alias fuisset.

Potò unumquemque, etiam maximum peccatorem, probabiliter posse præsumere speciale auxilium divinum, quandocumque comode non potest occasionem aliquam proximam deferre, non facile credidero. Et tunc quæstio est, quomodo cum illa occasione possit conjungi efficax propositum non peccandi de cetero.

Quod autem conjungi non possit, ostenditur hoc argumento: Si scires ex revelatione divina te damandum, si talem dominum

intraveris, debes, etiam cum gravissimo detrimento, non solum privato, sed etiam communis, ingressum illius domus omnino fugere, ex obligatione saltem Charitatis erga te ipsum, quæ debes velle, & procurare tibi bonum salutis æternæ, cum jactura cuiuscumque boni temporalis tam proprii, quam alieni; immo etiam cum jactura æternæ salutis proximi; atqui magis malum est peccatum mortale, quam infernus ipse, & carentia æternæ Beatitudinis; ergo ex eadem obligatione debes omnino fugere occasionem, ex qua mortaliter certò sequitur peccatum mortale, etiam cum gravissimo proprio, vel alterius detrimento.

Respon. neg. Conseq. ratio disparitatis; Respon. quia æterna damnatio est physicè certa; peccatum autem mortale physice contingens, ut pote adhuc dependens à libera voluntate operantis. Deinde in inferno nulla est redemptio; at vero status peccati mortalis reparabilis est: si impius egerit Pænitentiam ab omnibus peccatis suis &c. vitâ vives, & non morieris. Ezech. 18. v. 21. & alibi.

Dices; pro salute totius mundi non licet minimum mortale committere; neque ad evitandum infernum. Respondetur; neque minimum veniale; & tamen qui propterea dixerit, non posse quempiam manere in occasione proxima peccati venialis, quando illam non potest deserere, absque gravi noctumento temporali, aut spirituali? Aliud ergo est peccare, quod nunquam licitum est, aliud permanere in occasione proxima peccati, quando illam deserere est moraliter impossibile.

Contra; hoc est quod queritur, an quando absolutè est impossibile, deserere occasione proximam, holle deserere non sit actu peccare; qui enim non vult tollere causam per se, videtur hoc ipso velle effectum à se ponendum; per consequens velle peccare, cum peccatum proprium, ut supponitur, certò moraliter sit committendum.

Nec dixeris; solum permittit peccatum proprium; quia videtur esse implicatio in terminis, si enim peccatum proprium est, propria voluntate committitur, & non tantum permittit aliena voluntate committendum. Unde non satis intelligo, quomodo Doctores communiter in hac materia effaciter argumententur à permissione peccati alieni, quæ indubitate licet ex iusta & rationabili causa, qualis est grave respectivè damnum corporale, aut spirituale, ad permissionem, ut vocant, proprii peccati.

Haud dubium quin Deus possit permettere Deus per peccata hominum, & de facto permittat: Non mitit peccata homini aliiquid, inquit August. Enchir. cap. 95. num. & 96. nisi Omnipotens fieri velit, vel sinendo fiat,

Ezech. 18. v. 21.

266.

Alia objec-

tio solvia-

tut.

Sed solatio-

videtur esse

perito priu-

cipia.

fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum, Deum facere bene, etiam sinendo fieri, quacumque sunt male; non enim hoc nisi iuslo iudicio finit. Et profectò bonum est omne quod iustum est. Nam nisi esset hoc bonum, ut esset & mala, nullo modo sinerentur esse ab Omnipotente bono.

268.

Permissio  
ista peccati  
aliquando  
est effectus  
prædictissi-  
tiosus;  
Rom. 8.  
§. 4.

Et hanc ipsam permissionem peccati, existi-  
mo posse esse effectum prædefinitionis: Quia-  
mam, ut ait Apostolus Rom. 8. v. 28. di-  
gentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui  
secundum propositum vocati sunt sancti. Vique adeo  
profras omnia (ut oī verbis D. Augustini lib.  
de Corrēt. & Grat.) ut etiam si qui eorum de-  
viant & exorbitant, etiam hoc ipsum tis faciat pro-  
ficiere in bonum, quia humiliores redunt, atque do-  
ciores. Ergo licet Deum orare pro permissione  
peccati tam proprii, quam alieni.

non ideo  
tamen licet  
orare pro  
permissione  
proprii pec-  
cati,

Negatur Conseq: Ratio disparitatis assigna-  
tur à Doctribus; quia peccatum proprium  
non fit sine propria voluntate, adeoque pe-  
tere permissionem proprii peccati esset petere  
proprium peccatum; non sunt autem facienda  
mala, ut eviciant bona; velle autem permissionem  
alieni peccati, non est velle illud effi-  
cere; sed est velle illud non impetrare, quod  
licet ex iusta causa. Ergo similiter velle occa-  
sionem proximam proprii peccati, est velle  
proprium peccatum; velle autem occasionem  
proximam alieni peccati, non est velle illud  
efficere; sed est velle illud non impetrare.

269.

Objecio,

Dices; in casu Conclusionis non est volun-  
tas occasionis proximæ; nam si commode  
posset fieri, non permanerer penitentes in illa  
occasione; sed potius permissione occasionis;  
ergo non est voluntas peccandi, sed potius per-  
missione peccati.

Solutio,

Respondeo; qui fornicatur ex metu mor-  
tis, nollet fornicari, si commode posset; & ta-  
men non solum permittit fornicationem, sed  
positivè illam vult; sicut ergo illa fornicatio  
properter non excusat a peccato, quia vi-  
delicit non fieret, si abcesset metus; pari  
ratione videtur, quod permanere ex metu mor-  
tis in occasione proxima peccati, non debeat  
excusat a peccato ex eo, quod homo non per-  
maneret, si metus abcesset.

270.

Instancia,

Instas; illa permanentia non est mala, nisi  
ratione peccati, quod moraliter illi connecti-  
tur; sed permanens non vult illud peccatum,  
neque expreßè, ut suppono, neque interpre-  
tativè; quia adeo iusta causa, quare non cen-  
seatur velle peccatum consequens; sed meram  
v. g. cohabitationem, ex qua sequitur pec-  
catum.

Sicut qui ex necessitate, v. g. chyrurgos,  
curandi causâ apicit, aut tangit partes in-  
honestas, non censetur velle motus in honestos,  
naturaliter consequentes; ut & ille, qui per-  
mitrit ex eadem causa tales tactus. Idem est  
de Confessariis, qui ex auditu turpium pa-  
tiuntur tales motus, aut etiam pollutionem.

Respondeo disparitatem esse; quod illi ap-  
motus sequuntur naturaliter, contra expre-  
sam voluntatem patientis ejusmodi motus, in  
nostro autem casu peccatum non sequitur, nil  
ex libera voluntate illud operantis; adeoque  
qui vult permissionem proprii peccati, licet  
indubie vult, qui permanet in proxima occa-  
sione, vult peccare; cum illa permissione dicat  
infringere ordinem ad proprium peccatum.  
Alioquin quare non possum petere à Deo per-  
missionem proprii peccati, sicut alieni?

Paritas est in exemplis allegatis, si foret  
proximum periculum confessus; & tunc est  
præfens difficultas, an licet illi aspectus, vel  
tactus causa curationis. Similiter an licet au-  
dere Confessiones, cum periculo confessus  
in pollutionem. Et qui negaret esse licitum,  
necio quomodo efficaciter redagueretur; non inven-  
enim sunt facienda bona, ut eviciant mala;  
quod intelligo non tantum quando illud per-  
lumen est finis intentus actionis bona, tunc enim  
res plana est; sed etiam, quando operi bono  
moraliter certò annexatur propria operatio  
mala; fecis operatio mala alterius, qui potest,  
si vellet, à mala abstineri. Ratio disparitatis;  
quia nunquam licet peccare, licet autem al-  
quando permittere peccatum alterius; per con-  
sequens licet aliquando dare occasionem pro-  
ximam peccati alieni; fecis peccati proprii.

Hinc Rituale Rom. Tit. de Peccantibus:  
Videat, inquit, diligenter Sacerdos, quando &  
quibus conferenda, vel neganda, vel diffenda  
Absolutione; ne absolet eos, qui talis beneficij non esse  
incapaces: quales sunt, qui nulla dant signa doloris,  
qui odia & inimicities deponeunt, aut aliena, j. credid  
possunt, restituere, aut proximam peccandi occa-  
sionem deferre, aut modo peccata derelinquer,  
aut vitam in melius emendare nolunt. Non dicit:  
Proximam peccandi occasionem deferre, si possint,  
sicut dixerat de restitutione: Aliena, si possint,  
restituere; sed Simplificiter: Aut proximam pe-  
candi occasionem deferre, ratiū innuens, nol-  
lam dari causam excusantem; sicut bene dat  
causa excusans a restitutione.

Si inferas; ergo parvulo, certò mortuenti  
sine Baptismate in domo concubine, non li-  
cabit eam intrare, si est proximum periculum  
confessus in peccatum; transeat totum.

Sed contra: taliter constituto debet quis  
succurrere jure divino. Respondeo; si potest  
absque peccato; alioquin, ut supradixi, pro  
salute totius mundi non licet peccare; non  
solum, quando peccatum est medium necessi-  
tum; sicuti v. g. si aliquis dicaret: Occidam  
meipsum, nisi mecum fornicari; sed etiam quando  
moraliter certò connectitur medio, alioqui  
bono, ad salutem necessario.

Reponis; est petitio principii; quartu  
enim, an peccet constitudo seipsum in pro-  
xima occasione peccati. Respondeo: quartu  
ter, an illa necessitas excusat actum connexum  
a mali-

*five terrariorum, five lignariorum, non tenetur die  
jejunii cessare ab opere, ut profitetur; jejunare;  
neque ille, qui propter ad nundinas, tene-  
tur, ut audiatur Sacrum die Fefto iter; interrum-  
pare, ut occasio elabatur est manibus. Ratio;  
si illa omisso Sacri definit esse mala, simi-  
pyrica.*

**m**Esto, quid tum? Ergo possum mihi ipsi solitus desiderare, ut incidan in aliquod peccatum, ad hoc ut caveam a multis, in quae caderem, si illud non committerem. Existimas, quia

Supposito autem, quod actus conqueſens, & moraliter certò connexus, sit & maneat perpetuum peccatum (in iis in casu proposito manet) & aliquis dicere, occasionem proximam, in quantum talem, nullo caſu diſtingui moraliter ab ipso peccato, nomine dilucide ſequetur, ficiunt, non obſtante gravifimam neceſſitatem, illiciuit eſt velle peccare; ita pari paſſu illi- cium eſt, & velle illam occasionem, quæ mo- raliter eipſum peccatum?

Dicēs cum Herinx partē 2. disp. 7. n. 72. Urgente neceſſitate potest, & debet penitentis ſperare de divina bonitate & gratia, adhibitis omniſi ſuagerendis, ſe non laſpīnū in oc-

ſiud non committerem. Eximias, quæ Consequentiā illa tenet? Conſequenter ex- illimare debes, quod fieri possum Deum orare, ut permittat peccatum proximi, quando illa permittit, ei effectus predestinationis ipsius, ita quoque possum orare, ut Deus permittat me peccare, quando ſimiliter illa permifſio, ei effectus mea predestinationis: quod an- tverum sit, nolo diutius diſputare, diſparita- tem superius assignavi, cui hæc non placeret, querat meliorem; vel conſequenter totum admittat, & explicet nobis, quare potius possum deſiderare mala facere, ut eveniant bona, quām facere mala, ut eveniant bona.

cautelis suggesteritis, si non lapsurum in occasione, quam aliquin paratus esset dimittere; scit sperare debet & absolvit potest, cui vitare occasionem est physice impossibile, v. g. ob periculum in propria carne, ob inevitabilem concussonem in eodem loco cum concubina. Sed contra; si potest sperare de divina bonitate se non lapsurum, jam non erit occasio proxima, sed tantum remota; scitque quando adhibet media extraordinaria, quibus prudenter sperat homo se praeservare a peccato, ut ipse Herincx docet n. 70. ergo non est casus, de quo queritur.

de quo queritur.  
Et sicut ponamus aliquem, qui in iisdem circumstantiis lapsus peccavit, quomodo potest hic vice sperare de bonitate divina non lapsum? Si enim bonitas divina, non obstante extremâ necessitate proximi, non cufudivit ipsius à lapsu primâ vice, nec 2, nec 3, quo fundamento talis potest sperare, quod vigilans vice eum cufudieret? Deinde ponamus, quod Deus revelasset ipsi, quod peccaret, saltet tunc non potest sperare de speciali bonitate divina. Et de illo casu necessarium ad evitandum illud malum, manet peccatum.  
Proflus, reponis; sed permanentia in occasione proxima peccati, quando est necessaria ad evitandum grave damnum corporale, non est peccatum: non enim intenditur peccatum moraliter conexum, sed tantum evitatio damni temporalis, ad quam impertinenter se habet peccatum; adquæ peccatum non est voluntariatum neque in se, neque in causa.  
Veluti, secundum Miltos, Sampsoni non erat propria mors voluntaria, nequidem in causa, sed ut se in se fuisse à peccato.

Nec valet argumentum ab impossibilitate physica, ad moralē; quia nec ipsa fornicatio erit peccatum, si est physice impossibile eam vitare. Numquid inde recte inferatur, ergo etiam non erit peccatum, si est moraliter impossibile eam vitare, v. g. quia vel forniciandum est, vel moriendum est? Liqueat sāne quod illa Consequētia non valeat; ergo si-  
qua causa ( ideoque excusat ipsum à peccato )  
quia ruina domus, quā scipsum cum hostibus  
oppressit, duplēcē habebat effectum, æquē  
immediatum; unum bonum, scilicet mor-  
tem hostium; alterum malum, nimurum pro-  
priam mortem; & bonus effectus, qui solum  
expresē intendebat, alterius malitiam eli-  
debat.

permanentia in occasione proxima duplicitate habeat effectum, aut quasi effectum, & quod immediatum, & necessarium, videlicet evitatem mortis, & peccatum, v. g. fornicationis; evitatio mortis, quæ sola expresse intenditur, alterius malitiam elidet; immo peccatum non est effectus, nisi merè per accidens, utpote consequens ex libera voluntate peccantis, qui posset non peccare si vellet. Adde, fieri posse, ut evitatio damni sit effectus magis immediatus.

**278.** Respondeo; etiam fieri potest, ut peccatum sit effectus magis immediatus, v. g. ut Confessarius prius peccet audiendo Confessionem, quam absolvat penitentem in extrema necessitate; ut prius peccet cum concubina, quam baptizet parvulum, moriturum absque Baptismo. Præterea evitatio damni non magis est effectus per se, quam peccatum; nam, ut patet in exemplis mox allegatis, pender à libera voluntate Confessarii auditæ Confessione absolvere, vel non absolvere, pender à libera voluntate illius, qui intravit domum concubinæ, baptizare parvulum moriente, vel non baptizare.

Bonitas unius effectus in causa proprio non elidit malitiam alterius; quia fornicatio cum concubina & quæ mala est, sive conjugatur Baptismo parvulum jam morientis, sive non conjugatur. Ex quo appareat magna disparitas inter hoc exemplum, & exemplum Sampsonis; nam propter conjunctionem mortis propriæ cum morte inimicorum, mors propria, quæ alioquin fuisset peccaminosa, desit esse peccaminosa secundum illos Doctores; quia que alia fuisset mors directa, jam solum erat indirecta, de quo alibi plura diximus, quæ non est opus huc repertere. Vide disp. 2. sect. 1. conclu. 7. ubi de projectione parvuli in flumen, cum certa ejus submersione.

**279.** Meritò ergo in ultima parte Conclusionis addidi ly Forte, ut ostenderem incertitudinem sententia alioquin sat's communis, pro qua videri possunt Suanus disp. 32. sect. 2. n. 4. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 8. n. 3. Salas 1. 2. q. 6. a. 6. tr. 3. disp. 3. sect. 1. n. 31. Palae tom. 1. tr. 2. de peccat. essentia disp. 2. puncto 9. q. 3. n. 8. Basilius Pontius l. 5. de Matr. c. 35. n. 4. Joannes Sanchez in Select. disp. 10. n. 8. Lugo disp. 14. sect. 10. Di-caillo disp. 6. n. 19. Arriaga disp. 38. sect. 5. Herinckx suprà, Diana 3. parte tr. 4. resol. 269. & alibi.

Hoc firmissime tene, & nullatenus dubites, multa opus esse consideratione & prudentia Confessarii, in discernenda & decernenda debita gravitate illius mali, ad quod evitandum, alioquin verè imminentem, nec alio modo impedibile penitentis potest se expondere periculo proximo peccati; non enim sufficit

quocumque malum, sed oportet sit respectiva grave, id est grave comparatione peccati, cuius periculo proximo penitentis se exponit.

Joannes Sanchez in Select. disp. 10. n. 20. sic ait: Infero duodecimò & ultimò, negandam non esse Absolutionem ei, qui sua concubinae, quam domi haberet, mutuo dedit centum aureos, quorū recuperandorum spes nulla supererit, si domo illam ejiciat. Vel è contraria, si foemina non recuperatur effectum sibi debita, si domum concubinari deferenter; dictum est enim suprà; quod nullus teneat occasionem proximam vitare cum magno suo detimento; nec tunc dicetur velle occasionem, sed permittere; cum non abigere occasionem, non oriatur, quia velit penitentem in illa permanere, sed quia velit non incurrit dampnum quod abget à occasione obvenire. Unde nec tenetur domo ejicere concubinam, si concubinario sit nimis utilis ad laudandum bona temporalia medià negotiatio-ne. Sic enim qui dives est, & officio laborioso fungitur, ut ferrari vel lignari, aliter non est in die jejuniū ab officio cessare; ne qui ad nundinas properat, tenetur, in die festivo audire missam, si obd. occasio accedit aliabatur, quantumcumque intendat ad nundinas ire causā augendī lucrum, si nec concubinam ejicere erit obnoxius concubinarius, si ex ejictione magnam emolumenium efficit non acquisitū; sufficit namque proponere deinceps non peccare. Immo si concubinaria nimis utilis est ad oblectamentum concubinarii, vulgo, Regalo, dum deficiente illa nimis agere ageret vitam; & alia epale radio magno concubinarii afficerent, & alia famula ad id nimis difficultate advenirent, ejicere illam non erit concubinarius obligandus; quia oblectamentum in dictis circumstantiis est majoris astimationis, quam quodcumque bonum temporale, ob quod fas est cuique admittere foemina ad sui famulatum, quantumcumque metuat labendi periculum; si aliam non inveniat paris qualitatē illis in rebus, quæ sibi sunt maxime uiles. Hacisque Sanchez.

Sed an haec sint probabilita (inquit Diana) tom. 5. tract. 14. resol. 108.) alius judicet dum relinquat; quilibet enim tenetur salutis propriæ confulere, etiam cum aliquo corporali & temporali detimento. Ita hic Auctor. Ego cum Arriga suprà n. 35. judicio illorum casus omnino esse improbabiles; quia ut gratiam faciant concubinario in uno puncto centum aureorum, aut sapidiorum ciborum, vel aliquo lucri temporalis, reddunt illum tota vitia gravissime peccantem, & obnoxium milles periculis eternæ damnationis. Si aliquis detur casus, in quo licet se expondere periculo proximo peccandi mortaliter, erit casus extremi periculi æternæ salutis, aut vita corporalis,

vel alterius boni, iudicio prudentum & qui-  
valentis.

Et verò post hæc scripta, prodit decretum  
Sanctissimi Domini nostri Alex. 7: de die  
18. Martii a. 1666 in quo ad minùs tam-  
quam scandalosam damnat ac prohibet hanc

Propositionem: *Non est obligandus concubinarius  
ad ieiuniam concubinam, si hec nimis utilis esset  
ad oblationem concubinarii, vulgo Regalo,  
dum deficiente illâ nimis agere vitam & alia  
epule tatio magno concubinarii afficerent, &  
alia famula nimis difficile invenientur.*

Ceterum si à me queritur, an hactenus  
dicta tantum intelligendi sint de occasione  
proxima peccati determinati, v. g. fornicationis;  
an verò etiam intelligi possint & de-  
beant, de occasione proxima peccati indeter-  
minati, v. g. si quis ex societate alterius ex-  
periatur, se ordinari induci ad peccandum  
mortaliter, sive peccato furti, sive fornicationis,  
sive alicuius alterius speciei.

Respondeo citius, me non videre rationem  
disparitatis; quippe non minùs teneo vitare  
peccatum indeterminatum, quam determina-  
tum; immo forte magis, cum tunc expo-  
nerem me periculo cuiuscumque peccati gravissimi, v. g. blasphemia; alias solum pericu-  
lo peccati minoris, v. g. fornicationis, ac  
proinde non minùs pecco, exponendo me  
periculo peccati indeterminati quam determi-  
nati, quando &quod commode utrumque peri-  
culum possum evitare.

Quod addo; quia fieri potest ut non sine  
maxima difficultate auferatur causa peccandi  
in communī, seu causa peccati indeterminati;  
cum alijs facilimē possit evitari causa peccati  
determinati. Exempli gratiā, aliquis experi-  
mento didicit, se ex aspectu foeminarum in-  
differenter lapissimē graviter ruere; ut autem  
hoc periculum declinaret, deberet se à com-  
muni hominum confortio separare, tantum  
que ibi esse, ubi nulla ei foemina occurreret,  
quod, ut patet, difficillimum est.

Alius experimento didicit, tantum se pec-  
care mortaliter ex aspectu hujus foeminae in  
particulari; ut autem hoc periculum declinet,  
sufficit v. g. ut tali hora maneat domi, ut non  
transfaret per talen plateam &c. que liqueat  
non adeo difficulter fieri posse.

Aliud exemplum, aliquis mortaliter certus  
est, quod, si maneat in mundo, aliquando  
peccabit mortaliter hoc vel illo peccato in-  
determinato; putas quia tenebitur intrare  
Religionem, ut illud periculum eviteret? Non  
est credibile.

Loquimur ergo in casu, quo &quod facile de-  
clinatur periculum peccati indeterminati, at-  
que determinati, v. g. scio quod intrando istam  
domum peccabo peccato fornicationis deter-  
minatae, & intrando hanc domum peccabo pec-  
cato fornicationis, vel adulterii, vel furti

&c. indeterminatae, & possum &quod commode  
ingressum utriusque domus declinare, dico,  
quod non minùs, sed potius magis peccet,  
intrando hanc domum, cum periculo peccati  
indeterminati, quam intrando istam domum,  
cum periculo peccati determinati.

Si dixeris, inter ingressum hujus domus,  
& peccatum, debet mediare proxima tenta-  
tiō 284. obiectio  
ad tale peccatum in particulari, nulla autem  
est tentatio proxima ad peccatum in com-  
muni; ergo ingressus hujus domus non est  
occasio proxima.

Respondeo; occasionem dici proximam, solvit  
non quod inter illam & peccatum nihil me-  
diat; sed quod inter ipsam & certitudinem

moralem peccati futuri nihil medier. Alio-  
quin non debetur vitare ludum, quamvis  
scire, ejus occasio sepius me blasphemare;

qui videlicet mediare debet tentatio, orta  
ex communiter accidentibus in ludo. Simi-  
liter non teneret vitare transitum per plateam,

quia mediare debet aspectus foeminae, ex  
quo oritur proxima occasio seu tentatio, qua  
absurda sunt, dummodo certò mortaliter illa  
ponendae sint, ex quibus oritur proxima tenta-  
tiō ad tale peccatum in particulari. Ac  
proinde qui expertus est, jejunium hodiernum  
esse necessarium, ad vincendam tentationem  
crastinam, non debet expectare in crastinum;  
sed hodie debet jejunare, vel aliud remedium  
adhibere; quamvis debeat mediare tentatio  
qui nimis ex carentia illius remedii, se-  
quitur moralis certitudo peccati futuri.

Deinde, sicut potest dari peccatum in com-  
muni, id est, auctus, quo quis in genere am-  
plicetur objecta naturæ grata, nihil curans  
de offensa divina, aut damnatione aeternâ, cur  
similiter non potest dari tentatio proxima ad  
peccatum in communī? Non videtur dubi-  
tandum. Putas qui vellet peccare mortaliter,  
non determinando certam speciem peccati, nō  
peccaret mortaliter? Scio quia non putas, &  
ideo nobiscum dic; caret sufficienti proposito,  
qui non vult deferere occasionem proxima  
peccati indeterminati, ubi & quando commo-  
de potest eam deferere.

Sed quid si manens in occasione, ubi &  
quando commode non potest, eam deferere,  
semper relabatur? Nonne semper absolvendus  
est? Respondeo;

Aliud exemplum, aliquis mortaliter certus  
est, quod, si maneat in mundo, aliquando  
peccabit mortaliter hoc vel illo peccato in-  
determinato; putas quia tenebitur intrare  
Religionem, ut illud periculum eviteret? Non  
est credibile.

**CON-**